



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 65. Ambiguum, ac vulgare Pontificis responsum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. coci consilio aquiescere, quin extremo
A.C. 1493. Rempublicam exitio exponeret, quod
 ipsi haud dubie a Neapolis Rege immi-
 neret. Reposuit Baschius totum nego-
 tium summa taciturnitate premendum,
 sua vero repulsa Florentinos sibi Regis
 Franciæ odium accersituros, primumque
 armorum suorum furorem experturos,
 semelque ab eo devictos, non solum de-
 vastatam Provinciam, sed etiam liberta-
 tis suæ jacturam deploratueros. Nec in-
 anes erant Perronii minæ; quocirca Pe-
 trus Medicæus de ultimo responso cogi-
 tandi spaciū exposcebat, moræ benefi-
 cio occasionem nacturus, qua Ferdinandum
 edoceret de angustiis, quibuscum
 luctaretur, necnon eidem exponeret ne-
 cessitatem, qua Regis postulato cedere
 cogeretur, ne Florentinorum seditionem
 in se concitaret. Evidē Ferdinandō
 haud probabantur allatæ Medicæi ratio-
 nes, nihilominus Florentini foederis ar-
 ticulos a Perronio Baschio oblatos post
 longas temporis inducias firmabant.

§. LXV.

*Ambiguum, ac vulgare Pontificis re-
 sponsum.*

Solus supererat Pontifex, cuius confe-
 ctum Perronius subiens primo expo-
 suit, quod Rex uni ex filiis ejus, quem
 ad

ad purpuram evehere meditaretur, be- Sæcul. XV.
neficia in Galliis, ceteris vero duobus A.C. 1493.
eiusdem filiis ditiones in eodem regno
donare velit. Attamen Pontifex hæc
oblata vago responso elusit, declarans,
se, quamvis quodammmodo huic bello an-
sam dedisset, neutri parti adhæsurum;
sperabat autem ampliora a Ferdinando,
quam Gallus obtulisset, accepturum. Id
ipsum etiam Neapolitano Regi permole-
stum acciderat, quod insuperhabita pro-
missorum amplitudine necdum de Pon-
tificis auxilio securus esse posset.

§. LXVI.

Friderici III. Imperatoris obitus.

Hoc anno supra millesimum quadringen- Nautler
tesimo nonagesimo tertio die septima chron. vol. 3.
Septembbris Fridericus III. Imperator Lin- gen. 50. p.
cii in Austria vivis ereptus est, post- 506. Michov. l 4.
quam septuaginta octo annos vixisset, & 57. Bonfin. dec.
quinquaginta tres, quatuorque menses 3.
regnasset; eidem, cum altero crure no-
xiuum carcinoma enasceretur, ne latius
ferperet, crus abscissum fuit, ast dolori
succumbens paulopost exspiravit; cuius
corpus Viennam in Austria translatum
in sepulchro Cæsarum repositum est.

Hic Princeps vix imperii habendas
moderari cæperat, cum factiones in suis

M m 2 regnis